Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift

INCIPIT PROLOGUS IN LIBRUM II. REGUM.

Cap. 1.

INSIPIENTIE VEL TEMERITATIS ARGUERE DUM MIRAQUIBUS DAESSE NON DUBITO QUOD OPUS egregium & nimis arduum in explanatione libri regum disertissimis & eloquentissimis uiris prumescendum. ipse scientia & sermone impetus uel adtemptare audeo. Sed hanc insipientie notam. ipsa quoq; mea paruitas ualde prumescere. nisi humilitatis mee spes confidentiam. illa boni benignitas suggeret. qua psuaruth. tunc quidem peregrina & paupercula. suis messoribus iubet. etiam si uobiscum metere uoluerit. ne prohibeatis eam. & de uestris quoq; manipulis ex industria ei picite. ut absq; rubore colligat. & colligente nemo corripiat. Boob enim qui in sortitudine dicit. apte intelligitur. qui forte illum superbie & malicie telis armatum. fortior ipse superueniens. humilitatis & sapientie sue uirtute usq; ad expugnationem mortis & inferni insequitur. Cui nimirum ager. sca septuaginta accipitur. que agrum ipse in medio stans. uti semina illic. de quo in precedentibus huius libri scribitur. ab omni hereticorum fraude & prauitate tuetur. Ruth. que festinans uel deficiens dicitur. sca ecclia uel quelibet fidelis anima intelligitur. que p amorem dei festinans ad hereditatem regni. ad defectum illum salubrem deducitur. de quo psalmista loquitur. Defecit in salutari tuo anima mea. Messores x. sci apli accipiuntur. quibus ipse in euangelio suo loquitur. Ego misi uos metere. quod non seminastis. Messores & iam sunt expositores illi egregii. qui messem illam fertilem ueteris ac noui testamenti. a cuta falce suu colligentes ingenii. habundantia suauitatis sue. horrea & apothecas repleuerunt sui dni. Dicit g. apte. qui habet clauem dauid. qui claudit & nemo aperit. qui aperit et nemo claudit. dicit inq; ipse suis messoribus. scis aplis uel egregiis sep septuaginta expositoribus. Si quelibet anima in fide & dilectione mea. defectu terrenorum. & affectu cnorum succensa. uobiscum uoluerit metere. scilicet in agro sep septuaginta uerba eterne [illegible] uitae studiosa meditatione colli[illegible] sacerdotu[illegible]gere. non erit uirtus. cuiquam fide [illegible] inter & humilitatis sapientiae studium prohibere. quia iosue dicente. dnc mi moyses heldad & medad ppetantes prohibe. ego in moysi respondeo uice. Quis det ut omnes ppetent. Inde colligentem nemo corripiat. quia me claudente n est qui aperiat. me aperiente n est qui claudat. In cuius g[illegible] nomine q laude sua pficit ex [illegible]ore infantium & lactentium. aggrediar hunc tertium regum librum. quia non erit impossibile apud deum omne uerbum. Tanto enim de eius mia totus pendeo. quam me michi scientie. michi eloquentie. ad hoc opus idoneum habere UIDEO.

EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIT LIBER TERTIUS REGUM.